



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 195. Geldriæ Ducis Filia Scotiæ Regi desponsa

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

tremum clausisse diem creditur. Hic in Sæcul. XV. A C. 1448.
 Collegio Navarrico Theologiæ operam
 dedit decimo quarto sæculo ad finem ver-
 gente, & anno millesimo quadringente-
 simo undecimo inter Doctores Theologos
 Facultatis Parisiensis adscriptus, paulo
 post in Ecclesia ad Beatam Virginem Pari-
 siis Canonicatum obtinuit. Absente Ger-
 sonio in Universitate Parisiensi Cancel-
 larii munere functus, Imperatorem Sigis-
 mundum per Gallias euntem solemnem o-
 ratione salutavit. Mortuus est Turonii,
 ubi eo tempore Regis aula hærebat. Plu-
 rimas conscripsit Epistolas, quæ in Bi-
 bliotheca S. Martini Turonensis asservan-
 tur. Illius mentionem facit Joannes Lau-
 noius in sua Historia Regii Navarræ
 Gymnasii, eumque inter præcipuos Do-
 ctores commendat.


§. CXCIV.

*Geldriæ Ducis Filia Scotiæ Regi
 desponsa.*

Jacobus II. Scotiæ Rex eodem quoque
 anno connubium iniit cum Maria Du-
 cis Geldriæ, & Juliaci Filia, Philippi Bur-
 gundiæ, & Brabantia Ducis Nepte. Hæc
 a Jacobo de Bethunia, qui erat ejusdem
 nominis, Jacobi, & Elisabethæ ab Estu-
 tevilla Filius, in Scotiam delata est.

Sæcul. XV.A.C. 1448.

Hac tempestate Hispania gravibus agitabatur tumultibus; cum enim Alvarus de Luna Castellæ Regem in omnibus suo arbitrio obsequentem haberet, immodica illius auctoritas cunctis adeo infesta fuit, ut Henricus natu major Regis Filius Alvari potentiam fracturus, bellum moveret, Patremque suum non minori afficeret molestia, quam tum Delphinus Carolum VII. Franciæ Regem.



HISTO-